


solvissimus, in falsam iterum demissum, eminere magnâ sui parte & summitati supernatare deprehendimus.

VI. His ita præmissis instrumentum quoddam Hygostathmicum à vitrario quodam Noribergensi conflatum, fabricæ simplicioris quidem, sed efficaciæ utilissimæ spectatu-
que jucundæ in medium produximus, quod *Athanasium Kircherum* in *Mundo Subterr.* Lib. V. Sect. II. Cap. V. sub nomi-
ne *Hydrometri* descripsisse posthac reperimus: Est hoc nihil
aliud quam phiala parvula ex vitro tenuiore ad lampadem
parata, ejus ferè, quæ hīc picta cernitur, & figuræ & magni-
tudinis. Globulo cavo A infernè cohæret artificis dexteriti-

tate sacculus pariter vitreus B,
intus aperturâ satis amplâ cum
cavitate sphærulæ A communica-
cans. In hunc sacculum per colli-
C D angustiam sigillatim erant
demissi plures globuli plumbei
minutissimi, qui pondere suo
machinulam leviculam infra li-
quorum summitates aliquous-
que deprimenter, suoque æqui-
librio, quod concusso tantillum
sacculo facillimè obtinetur, ere-
ctam servarent: His verò demis-
sis, quantum satis erat, (*Kirche-
rus* argentum vivum infundi ju-
bet) collum C D supernè ad D
hermeticè, quod vocant, claudet-
batur, ne globulorum numerus
ac pondus proposito semel ac-

Fig. 13



commodata, mutationem deinceps pati ullam possent. Col-
li longitudine C D claviculis quasi quibusdam ex colorato vi-
tro sive smalto defixis in partes aliquot quam proximè æqua-
les divisa, & sic instrumentum totum paratum erat.

VII. Usum